



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 55. Ecclesiarum Orientalium Status.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

§. LV.

Sæculum VII
A. C. 649.*Ecclesiarum Orientalium Status.*

Ex his Epistolis miserum Ecclesiarum in Ægypto & Oriente statum, ex quo Musulmannorum jugo premebantur, despiciimus. Multæ Pastoribus & Ministris destitutæ erant, & qui remanserunt, Hæresin docebant; nam præter Monothelitas, qui illo tempore oriebantur, veteres Hæreses omnes, Græcorum potentia paulatim deficiente, repullularunt. Nestoriani in Syria, & Jacobitæ seu Eutychiani in Ægypto rursus in lucem prodire ausi, nam Musulmannorum nihil intererat, quam Sectam Christiani ipsis subditi sequerentur, nisi quod illi, qui Communionem cum Episcopis Sedis Constantinopolitanæ vel Romanæ servabant, eis magis quam ceteri essent suspecti, utpote Imperatori Musulmannorum perpetuo hosti faventes. Inde etiam ex illo tempore seriem Patriarcharum Catholicorum Alexandrinorum, Antiochenorum, & Jerosolymitanorum difficulter invenimus. Catalogus S. Nicephori Constantinopolitani Episcoporum Alexandrinorum usque ad Petrum, quem quinquagesimum numerat, nempe Cyri Successorem, perducitur, Episcoporum Antiochenorum usque ad Anastasium, quem sexagesimum primum dicit, a Ju-
dæis

Sæculum VII dæis anno 610. imperfectum, Jerosolymæ.
 A. C. 649. tanorum usque ad S. Sophronium, quam
 S. Nicephorus sexagesimum secundum &
Sup. Lib. ultimum ponit.

XX.XVII. At in aliis Auctòribus habemus seriem

§. 2. Patriarcharum Jacobitarum Alexandriæ
Elmæc. Chr. a tempore Benjagini, qui hujus Sedis
Oriens. Titulum gerebat, cum Musulmanni Vi-
Vans. leb. re- ctores ingruerent, & Eutychius seriem
lat. d' Eg. Patriarcharum Melchitarum in illis tri-
 bus Cathedris atque annos a Regno Ca-

Sup. n. 23. lifarum computatos usque ad sua tem-
to. 2. p. 324. pora nempe medium Sæculi X. adnotat.

In Sede Alexandrina Cyro Successorem
 dat Petrum æque Monothelitam anno
 Othmani quarto seu anno JESU Christi

p. 195. 648. Antiochiæ post Anastasium Sedes
 vacat annis viginti duobus, & deinde
 ponit Eutychius Macedonium Patriar-
 cham Antiochenum Constantinopoli or-
 dinatum, anno Califæ Omari quinto, seu

p. 323. anno 639. Macedonius Antiochiam nun-
 quam venit, nec etiam Georgius, qui
 ei successit anno Othmani tertio, seu
 647. nec Macarius, Georgii Successor,
 anno 654. Othmani decimo. Hi tres

p. 350. Monothelitæ fuere, & Constantinopoli
 semper versati. Jerosolymæ post S. So-
 phronium Sedes vacat annis 29. tum Eu-
 tychius ponit Joannem anno septimo
 Moaviæ, seu 668. Patriarcham electum.

S. Mar.

S. Martinus Papa non solum ad Orientem Sæculum VII tales suas dedit Epistolas, sed etiam ad A. C. 649. Episcopum Carthaginem, omnes Episcopos & populos ipsi subjectos, in quibus significat, Fidei Confessionem, in eorum Epistola Synodali contentam sibi probari. Præterea eis Acta Concilii cum Epistola encyclica mittit.

§. LVI.

Epistola ad Paulum Thessalonicensem.

Cum Paulus Episcopus Thessalonicensis, iterum ordinatus, litteras suas Synodicas, suam Confessionem Fidei continentis, ad S. Martinum Papam misisset, ut mos ferebat, noluit eas recipere Pontifex, quod Monothelitis faverent; verum, Pauli Legatis affirmantibus, errorrem, qui in ejus litteris apparebat, oscitantia scribentis irrepississe, quem Paulus, quamprimum leniter moneretur, correcturus esset, flecti se passus est Papa, & ne quidem illo jure uti voluit, quo Paulum Sacrae Sedi speciatim subjectum compellere potuisset, ut Romam veniret, & canonice causam diceret; sed satis fore existimavit, ei opera Sacrae Sedis Legatorum, qui apud ipsum erant, ostendere, in quo errasset, eique transmittere formulam Fidei scriptam, quam profiteri deberet. At Paulus, deceptis Legatis, tradidit Fidei professionem, in qua, ubi de

Epist. 12.